



Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1706

LVIII. Non est obligatorium, contra bonos mores præstitum juramentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](#)

Quintū in donationibus; quantumvis enim ille alias pro donatario contra donantem, saltem Principem, latissimam interpretationem admittant, c. Cū dilecti 6. de Donat. & l. Beneficium 3. ff. de Constitut. Princip. nihilominus non tam contra, quām pro donante interpretationem admittunt, si iis quæsto tertii aut communī juri derogetur: si non constet, donationem esse factam; cū donare, quod suum jactare & perdere est, l. Filius familias 7 pr. ff. de Donat. nemo præsumatur, l. Cū de indebito 25. pr. V. Si vero ff. de Probat. Si dubium sit, an plus minusve sit donatum, hoc posterius est amplectendum, arg. l. cit. Sc. Tuschus Practic. V. Donatio conclus. 626.

Sextō, in votis; cū, si dubia rei promissæ quantitas sit, vovens non ad majorem, sed ad minorem duntaxat, utilem tamen quantitatem sit cogendus, interpretatione non contra, sed pro voven- te facta, c. Ex parte 18. de Censibus, ut dictum Lib. 3. tit. 34. n. 28.

Septimo, in ultimis voluntatibus; cū testamenti jam perfecti interpreta- tio testatori, dum vivit, aperte permitta- tur, l. Hæredes 21. §. 1. ff. Qui testam. fac. poss. quod, id interpretandō, testa- mentum eoque contentans ultimam suam voluntatem non mutet, neque aliquid con- ferat, sed datum solummodo declarat. Eius autem vitâ fundit voluntatem pro ipso, ut valeat potius, quām pereat, inter- pretamur, arg. l. fin. C. de Uſufructu, Tu- ſchus cit. conclus. 106. In legatis autem ab eo relictis, quando quoad rem lega- tam dubia sunt, ut plurimū electio hæ- redis, l. Si quis 32. §. 1. & l. Legato 37. qui minimum præstanto satisfacit, l. Si ita 14. in fine: læpe tamen etiam legatarii est, l. Qui duos 20. ff. de Legat. l. qui eligere non potest optimum, nec pessi- mum accipere tenet, §. Si generaliter

22. Instit. de Legat. Laiman Lib. 3. p. 5
tract. 5. cap. 11. n. 9.

Ostavò in sententiis, confessioni- bus &c. Dynus adhanc Reg. n. 6. & latè Tuschus conclus. cit.

REGULA LVIII.

*Non est obligatorium, contra bo-
nos mores præstitum Juramen-
tum.*

SUMMARIUM.

1. Quando Juramentum contra bonos
mores sit.
2. Regula sensus, remissivit.

Contra bonos mores præstitum dicitur Juramentum, quod tur- pitudinem continet ex parte ob- jecti sive rei eō promissæ; quod hæc inhonestæ & Naturali, Divino, vel humano Jure prohibita sit: uti &, quod per se & ex conceptione sua ad delinquen- dum, vg. delicto committendo impunita- tem promittendō, invitat, per tradita Lib. 2. tit. 24. à n. 42. Unde Propositus Regula sensus est, *Inva-
lidum & obligandi vi desitum est omne
Juramentum, quod aliquid Jure illicium
& in honestum promittitur, vel iā, cui præ-
stitum est, per se ad liberius delinquen-
dum invitatur.* Quō sensu accepta hæc Regula ratione firmata & latè declarata est cit. Tit. 24. à n. 43.

REGULA LIX.

*Dolo facit, qui petit, quod resti-
tuere oportet eundem.*

SUMMARIUM.

1. Similis huic Regula Civilis,
○○○ 2. Ulrius.